

VITA AC DOCTRINA.

(inquit) in splendida epulatione cum multa sint apparatus, alius aliud eligit, hoc quidem ut dulce, aliud uerò ut salubre: sic etiam sermonum apparatus, opiparum esse oportet, electionem autem in utentibus. In fine tertij de pulsibus dignoscendis cum taxasset eos, qui *philosias* ceu morbo laborantes, omnia definire uolunt, etiam manifesta & de quorum recta significatione nulla est dubitatio, cum interim ueras definiendi rationes non didicerint: Ego (inquit) de quauis re ad definiendum proposita, demonstraui dici posse totum diem. nec alios hac in re nimios accuso, quòd ipse uerbis ad definiendum accomodatis destituar. sed cum omnium me ad eam loquacitatem esse instructissimum intelligerem, humanitatis duxi esse, si artibus insudantium haberem rationem, ueritatem que (sine ostentatione aperirem) & eorum quæ cognouissem, semper distinguerem utilia ab inutilibus. Et libro septimo Methodi: Neque enim (inquit) grauari debemus, iterum atque iterum sermonem repetere, quò nunc saltem medicorum uulgus ueram methodum condiscat. Et libro tertio de differentijs pulsuum: Vbi ergo (inquit) homines, qui nec logicam speculationem exactè tenent, nec interpretari ualent, ad res aspirare, quæ superant ipsorum facultatem, audent, cum ipsi uerba funditant: tum reprehensores impellunt, licet maxime studeant breuitati, in eandem orationis prolixitatem: id scilicet quod mihi nunc usuuenit. Siquidem à mea perpetua breuitate diuellit ipsorum me numerus erratorum, tamen faciam etiam hic, ut sim, quantum possum, breuis. Breuitatis quidem studio plerunque minoris momenti quædam præterit data opera.

Iam ne quis existimet Galeni librorum lectionem ad solos pertinere medicos, aliarum uerò artium ac disciplinarum studiosis, inutiles esse, quanquam ex ijs quæ hæcenus exposui sparsim magna & multiplex eorum utilitas percipi queat, opere precium tamen duxi me facturum, si id paulò copiosius hic uno in loco declarem, & quæ par est adijciam: id que distinctè. nam in Catalogo librorum Galeni nostro, quem huic sermone subiunximus, ea quæ non ad solos spectare medicos ex eius scriptis, sed alios quoque lectores diuersos, tum uoluptatem, tum emolumentum aliquod ex ijs capere posse iudicabam, asterisco notauit, sine ulla distinctione quæ quibus potissimum conueniat. Primum igitur, homines Græcæ linguæ studiosos, grammaticos, philologos, rhetores ad puritatem, delectum & copiam uocabulorum, ad styli elegantiam, sententiarum que & argumentorum uim plurimum his legendis iuari posse, tum ex prædictis, tum re ipsa uel me tacente, clarum est adeo, ut ne uerbum quidem addere libeat. sicuti hoc etiam, dialcticæ ac methodi cupidos, & demonstrationum exempla, (unde maiorem plerunque fructum, quam ex nudis præceptis consequimur,) luculentissima non aspernantes, thesaurum his in libris incomparabilem reperturos. Quòd si quis non tam eruditionem & uocabulorum orationis que uim in eo requirat, quam præsentem utilitatem & res ipsas sectetur: quid' nam aliud iucundius & utilius sanitate, optarit? sine hac enim mediocri saltem, animi etiam ingenij que actiones pleræ que non constant: & externa etiam bona sine hac gratiam omnem amittunt. At suam quisque sanitatem tueri melius poterit, si in illis interdum libris, quos huius argumenti Galenus scripsit, uerfetur, ut qui de sanitate tuenda inscribuntur, & de alimentorum facultatibus, ac cibis boni mali que succi. Et hoc quidem ut faciant, sui que aliquam habeant rationem & uictu accuratiore utantur, homines literarum studiosi, cum minus exerceantur, magis quam cæteri opus habent. Decet sanè physicum imprimis, deinde philologum & unumquenque doctum & criticum uirum, medicum doctum & peritum, ab indocto imperitoq; discernere. An non enim turpe fuerit, probè uersatum in reliquis, quæ ad hominem minus attinent, de hoc solo non posse iudicium ferre? In nulla arte facilius latere quis potest, quam ea in qua maximo cum periculo impostura fit. Mulicum cantu dijudicas num bonus sit artifex, pictorem quoque ex suo opificio statim agnoscis: ac reliquarum artium singulos artifices, quales sint, deprehendis facile: de sola medica arte rectè iudicare nequit, qui eius omnino sit ignarus, quantumuis in reliquis probè uersatus. Atqui turpe est more uulgi uel in hac parte aberrare illum, qui cæteris in rebus superior sit indoctis hominibus. Quamobrem uel hoc nomine, si cuiusquam, Galeni maxime libri philologo, philologo, & erudito cuius degustandi fuerint. Rationem certè ualetudinis tuendæ nullus frugi pater familiâs ignorare debet. exemplo sit nobis Cato, qui quauis iniquus esset sui temporis medicis, artem tamen ipsam usurpabat diligenter.

Pruiatim sanè philologi homines, qui uocabula magis ceu umbras rerum, quam ipsas, captant & ueluti uenantur, *οἱ ὀνομασθηῖραι, οἱ πολλῖσορες*, magnam nominum syluam ex his libris haurient, ut omne genus stirpium ac simplicium medicamentorum, morborum, & humani corporis partium, & alia quædam medicæ artis, eiusq; partibus Chirurgicæ, ac Therapeuticæ, peculiaria: uariè autem cognitionis miscellaneam farraginem ex aphorismis & alijs quibusdam: ita continget, ut eruditione instructi multiplici, quouis in loco apud quosuis homines de qualibet re doctius & elegantius uulgo hominum differendi materia eis non desit.

Ad philosophiam uenio, quæ non umbras, ut uaga philologia, sed certis rerum ac scientiarum circumscripta limitibus, res ipsas solùm & illustra ueritatis lumina sectatur. Huius partes ferè tres constituuntur: utilissima, quæ mores, actiones & studia uitæ priuatim publicè que infor-

Galenus libros, alijs etiam utiles esse, quam medicis.

Cui libet literatissimo.

Philologo.

Philosopha.

## DE CL. GALENI

mat: pulcherrima, quæ contemplatur naturam: diuinissima uerò, quæ Deum & res diuinas. Ad has uerò omnes ut ars medica in uniuersum, ita conditi imprimis à Galeno libri, plurimum momenti conferunt. Is certè qui morum & affectuum animi, siue perturbationum causas intelligit, & quòd animi mores corporis temperaturam sequatur, (quod argumentum ex professo tractauit,) & quæ singularum animæ partium in hominis corpore sint instrumenta, quantum que secundum diuersa temperamenta uariant: & qui ex nimijs perturbationibus quanta oriantur secundum naturam quoque mala, animaduertit: is & melius de his differere ac docere alios, & sibi sapere, ac ipsa uita agendi que studijs, ueram doctrinam & uirtutem præ se ferre poterit. Extant inter alios egregij duo & ἡθικῶν τὰ βίβλιν huius authoris libri, De agnoscendis & curandis animi affectibus ac uitijs: ut taceam, quæ quantæ que ipsiusmet uirtutes (præsertim cum ambitionem & auaritiã damnat) passim in eius scriptis & oratione tanquam speculo elucescant, quas ad imitationem sibi proponere, ceu perfectum, tanquam in homine, eoq; gentili, (multò certè quàm in plurimis qui Christiani existimantur, & quidem eximij, absolutius) exemplar, unusquisque poterit. Sed ad Theologiam fortè, nihil hoc studium facere, aliquis putabit, ex illorum numero præsertim qui nunquam eius quicquam degustarint. Atqui Theologi est, imprimis Dei cognitionem omnibus inculcare. Deus autem, nisi ipse sine ullo secundum naturam medio aperire se uelit, non nisi ex operibus suis cognosci potest, & magis quidem aut minùs ex alijs atque alijs, inter omnia autem homo excellit maximè, solus omnium quæ sub sensum cadunt, ad Dei similitudinem factus, idq; intelligibili magis quàm sensibili sui parte, hoc est mente & anima rationis compote. sed hæc quoq; cognosci, nisi actionibus eius animaduersis, earumq; instrumentis peruestigatis, nõ potest. Ergo ut nos ipsos, ut animã, ut Deum noscamus, & agnitũ colamus, iustis honoribus ueneremur & pia religione metuamus, amemus, domiciliũ hoc animæ ab eo constructũ, ut mens sancta, (quæ sola Deum capit, templũ Dei optimum maximũ sacrosanctum) inhabitaret, admirati, & mirabilẽ partium omniũ structurã, proportionem, & artificium uniuersum, cõsiderare oportet. In hac ipsa uerò admiratione, qui copiosius & eruditius omnia nostro Galeno inuestigarit, ante & post ipsum inuenio neminem: in uniuersum dico, & circa plurimas nobiliores que partes. nam si quæ fortè non ad eò magni momenti, ad hanc præsertim de opifice commentationem, præterijt, nostro demum seculo à summis diligentia doctrina que uiris, Vesalio imprimis, Fallopio & Columbo inuenta & addita arti, hi sanè propter hoc laudandi, ille uerò reprehendus minimè fuerit. Certè ex inspectione corporis nostri fabricæ, quæ & quanta architecti omnium patris, potentia, sapientia, atque bonitas sit, elucescit. unde proculdubio, si uel naturæ ductum sequamur, perfectissimum bonum, ipsum esse, intelligimus. qui autem potentissimum non metuat, non reueretur sapientissimum, non adoret iustissimum, non amet pulcherrimum simul ac benignissimum: & quoniam ex uera cognitione, actiones etiam rectæ emanant, quis non ad summi illius boni (quod tanti facit, ut id unicum cæteris rebus omnibus, non componat dico, sed anteponat) imitationem sese comparet? In his autem duobus coniunctis, ut uera theologia, ita etiam recta hominis Christiani uita consistit, cognitione inquam, & actionibus: (sicuti ars medica, & aliæ plurimæ in ratione & experientia:) in his quidem magis, quod ad homines, quibus cum uersamur, attinet: in illa uerò, ceu fundamento, cum firma persuasione & fiducia coniuucto, tum magis, tum prius, quod ad Deum. Actio enim hominibus utilior est, animus uerò Deo acceptior: ut in arte medica utilior est experientia, prior uerò & nobilior ratio. Sed reuertor unde digressus sum. Ergo si ad Dei cognitionem simul, & secundum eam actiones non politicas solum, sed etiam meliores & nostræ religioni congruentes, corporis nostri eius que partium cognitio, ex Galeni libris potissimum petenda, utilis est, ad theologiam profectò plurimum confert: quod ipse etiam Galenus, quamuis à nostra religione alienus, intellexit, sub finem librorum de usu partium, ita scribens: Nam si quis nulli sectæ addictus, libera sententia re- rum considerationem inierit, conspicatus in tanta carniũ & humorum colluuiẽ, tantam mentem habitare: conspicatus item & cuiusuis animalis constructionem (omnia enim declarant opificis sapientiam) mentis, quæ homini (ἡ δὲ τὸν ἀνθρώπου, alia lectio habet ἕρανόν, id est, cœlo) inest, excellentiam intelliget: tum opus de partium utilitate, quod prius exiguum sibi esse uidebatur, perfectissimæ theologiæ rerum principium constituet: quæ quidem theologia multò est maior atque præstantior tota medicina. Non igitur soli medico hi libri sunt utiles, sed multò certè magis medico philosopho: qui totius naturæ scientiam studeat sibi comparare, eum que oportet his potius sacris (quæ perspicua naturæ opera in omnibus animantibus explicant) quàm Eleusinijs aut Samothracijs, nimis quæ profitentur obscure docentibus, initiari. Hæc Galenus: Cuius itidem alia uerba adhuc locum maximè pertinentia, Græcè recitauimus supra, ubi de ipsius pietate inter cæteras uirtutes sermo fuit.

*Physico.*

Verum his, de quibus hæctenus uerba feci, scientijs ars medica, & Galeni cum primis libri, ueluti per accidens, conducunt, & parcius: Physico aut philosopho, ut plurimum, ita necessario: cum ex naturali philosophia, ceu fonte quodam uberrimo, tum artes q; plurimæ, tum medica etiã pfluat. Non uerò solum naturæ cognitio ad medicinã cõfert, principia & axiomata ei suppeditas  
tanquam

## VITA AC DOCTRINA.

tanquam subiectæ sibi & ὑπερβαλλῶν arti: sed uicissim etiam medicina, uariarū circa hominem rerū tractatione & exemplis, physicā illustrat, cum aliās, tum in eo quod cum tota circa hominē ueretur, à quo ea quæ alijs omnib. insunt, uel circa ea cōtingunt, secundum analogiā quandā ad hominem cōsiderantur. ignotiora enim semper ad id quod notius est referri solēt. itaq; multarū rerum cognitio ex posteriorib⁹, ut quæ nobis ac sensib. manifestiora sint, magis elucescit: ut animæ partium seu facultatū ex ipsīs actionibus: harum uerò, ex instrumentis, quæ in corporibus nostris, eis sunt destinata, quæ per anatomen cognoscuntur. Anatome autē & totius corporis, eiusq; tum intus tum foris partium, & si physicē philosophiæ opus est, & ab Aristotele primū diligentē pertractata, à Physiologis tamen ferè deserta, solis excolta est medicis, et quidem diligentissimè omnium à Galeno, à quo nullius sanè argumenti plures habemus libros quàm anatomici: in quo nō solum historiā simpliciter tradidit, ut in animalium historia Aristoteles: sed in alijs etiā libris usum & causas singulorū adiecit, ut in libris de partib. animalium eorumq; causis Aristoteles: à quo multa certè sunt ignorata, circa præcipuas etiam corporis nostri partes, & principū animæ facultatū instrumenta. Galenus uerò multa imperfectè aut obscure ab Aristotele dicta, expleuit & explicauit. multa etiā falsò, redarguit: unde uniuersa etiā animæ, qua uiuimus, sentimus, mouemur, natura ac uires, multò planius, quàm Aristotelis seculo, hodie constant. Plura de anatomes laudib. dicere possem, & quod eius cognitio mediocri omnibus expetenda esset, ostendere: sed festinò. Nam alijs quoq; sui partib. res medica, physicam uel perficit uel illustrat: et plurima cum ea habet cōmunia non enim circa finem solum totius physicē cōmentationis, quæ in hominē definit, à cuius naturæ circa corpus, et facultatū corpori animæq; cōmunium, cōsideratione incipit medicus: sed singulorū ferè partium & librorū physicæ philosophiæ exitus, ad medicā aliquā tractationē ingressum præbent, ita ut ubiq; ubi physicus definit, incipiat medicus. Nempe primū de elemē-  
 1  
 tis physicis agit cōmunius: medicus uerò sumptis ab eo principijs quibusdā, de elementis hominis duntaxat, eius naturā indagasse contentus, etiam si, ut diximus, quæ homini cōueniunt cæteris etiam plerisq; animalib. cōmunia sint, ita ut qui hominis historiā nouit, animalium historiā magna ex parte nōrit. Deinde de ijs qualitibus, quæ primæ dicuntur & elemētis primū insunt,  
 2  
 quibusq; omnes rerum naturalium mutationes adscribuntur, ut calidi, frigidi, humidī et sicci actionibus ac passionibus, tum physici docēt, ut in quarto Meteororū malè inscripto Aristoteles, tum in libris de temperamentis ac alibi Galenus. Tertiò ad mixta corpora transeūt, quæ ex elemē-  
 3  
 tis constant: quorū prima sunt, inanimata, ut omne lapidum metallorumq; genus: de quibus paucissima ueteres physici, quod extet, tradiderūt: apud Galenū uerò aliosq; Græcos medicos, & nō minum copia est, & descriptiones uiresq; multorū sunt explicatæ: unde sumpta occasione, nostro tempore, doctissimus uir. Ge. Agricola medicus plenam eorum historiā physicē simul medicæq; cōscripsit. Quartò, uniuersum stirpiū genus sequitur: de quib. etsi Theophrasti libros habemus  
 4  
 doctissimos, ad imitationē Aristotelis librorū de historia & partib. animalium conditos: ij tamen ne intelligerentur quidē, nisi ex Dioscoride, Galeno, & paucis alijs, præcipue medicis, ueteribus Græcis, occasione sumpta recentiores, & ipsi duntaxat medici, Leonicensis, Fuchsius, Dodonæus, Matthioli, Guilandinus, Dalechampi, Constantinus, oblitteratā ferè penitus omnis stirpium generis cognitionē reuocassent: usq; adeò & philosophi physici & omnes aliarū artium professores cessant, solis uerò medicis anatomica, metallica, phytica, & huiusmodi relinquunt: ita ut periculū sit, in tanta hominū tum negligentia tum luxuria, totā ferè philosophiā ad solos peruenturam medicos: qui ab initio quidē physicis theorematis student, propter medicā artem, quæ ad rem familiarē eorum plerisq; necessaria est: multi uerò iam prouecti & acrioris ingenij, ex ijs quæ ferè necessariò didicerunt, altius ascendunt, à gradibus exemplisq; naturæ, ad uirtutes, ad Deum.

Quintò ad animalia peruenit: quorū historia in animā ac corpus diuiditur. De anima autē & di-  
 5  
 uersis eius facultatibus, naturalib. saltem, uitalib. ac animalibus, multa multis in locis scribit Galenus, diligentissimè simul doctissimeq;: maxime uerò in libris de naturalib. facultatibus, deq; placitis Hippocratis & Platonis. Corporis uerò partium descriptiones exquisitissimas & rationem omnem in Anatomicis, ut dictum est, libris explicat. Singulorū uerò plurimorū in diuersis generib. medicæ simul & alimentariæ materiæ rationes, & nomina, in diuersis libris exprimit: ex quibus itidem, ac paucis aliorū ueterū, ut Athenæi, Oppiani & Plinij libris, nostro tempore medici prima occasione sumpta, rebus ipsis cognitis ex eorū scriptis, integras animalium historias perfecerunt, ut nos in quadrupedū, auium, pisciumq; historia, Auium uerò & Aquatiliū Bellonius: Aquatiliū duntaxat Rondeletius. Quod si argumenta etiam illorū librorū, qui physici minores uulgò apud Aristotelē dicuntur ( ut sunt de sensu & sensili, de memoria, respiratione, iuuentute & senectute, longitudine ac breuitate uitæ, deniq; uita & morte ) spectes: de iisdem ferè omnib. medici quoq; pertractant, & multa sanè melius commodiusq; docent quàm hactenus physici philosophi. Itaq; uerè Melanchthon noster: Ea doctrina quæ uocatur physica ( inquit ) nusquā extat aut eruditius aut uberiùs tradita, quàm in plerisq; Galeni libris. Porro quanta medicinæ & de natura philosophiæ cognitio sit, pulcherrimè Aristoteles in fine libri de respiratione his uerbis explicat:

ἄριστος δὲ  
 ὑγίαιας καὶ νόσους, οὐ μόνον ὁδῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ φύσεως, μέγιστον τῶν ἀπὸ τῆς ἀνείας ἐπιπέμει. καὶ δὲ διαφύρασι, καὶ ἡ δια-  
 γῆ 3 φέρουσι

φρόντα θεωροῦσι, οὐ δὲ λαμβάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σωροῦ ἢ πραγματεία μέχρι τῆς δόξης, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον.  
 τῶν τε γὰρ ἰατρῶν, ὅσοι κηρύττοι ἢ πορίσθησι, λέγουσι τὰ πρὸ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκείνων ἀξιούσι λαμβάνειν:  
 καὶ τῶν πρὸ φύσεως πραγματευθῆναι οἱ χαριέστατοι χεῖρον πλεονάζουσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικὰς. Leget  
 igitur ex Galeni libris naturalis philosophiæ candidatus, Physiologicos in primis omnes, ut qui  
 de elementis, temperamentis, & naturalibus facultatibus tractant: tum omnem dissectionis histo-  
 riam & de partium usu; aliosque ad corporis humani (quod medicinae subiectum est) naturam per-  
 tinentes, quos singulatim in Catalogo librorum Galeni enumerauimus. His addet etiam ex Patho-  
 logicis illos, quorum doctrina generalior est, ut qui morborum & symptomatum differentias expli-  
 cant: & quicumque simplicium medicamentorumque materiam continent. Nam cum me-  
 dicus infra physicum sit, sed proximè, ipsius est quæ physicus κοινότρονον καὶ βραχύτρονον protulit,  
 μερικώτρονον καὶ διεφορικώτρονον pertractare: & quæ physicus ratione magis considerarit, ipse ad sen-  
 sum magis transferat: & quæ ille generatim fortè de animalibus omnibus, aut pluribus, (cum aliàs,  
 tum in morborum, tum in remediorum genere,) ipse ad hominem contrahat. Denique omnis ferè in me-  
 dicina causarum redditio, physici non medici fuerit. Causa enim principium quoddam est. Principia  
 uerò quisque à superiore artifice desumit. Sic autè ferè ad physicum se habet medicus, ut artes & scien-  
 tiæ omnes ad primam philosophiam seu ueram dialecticam: quæ prima & communia omnium prin-  
 cipia ac methodum ueritatis ostendit. Hæc inquam & huiusmodi, medicum oportebat à Physio-  
 logis mutuari: id quod (non dubito) passim fecisset Galenus, si à physicis tradita reperisset. Quo-  
 niam uerò Physiologia ne hodie quidem à quoquam est perfecta (etsi methodum & summa ca-  
 pita optimè ostenderit Aristoteles) coactus est ipse aggredi: id quod ei adeò feliciter cessit, (si-  
 cut alijs etiam postea medicinae authoribus, in alijs libris) ut contra quam fieri debebat, plura nunc  
 habeant philosophi naturales, quæ ex medicorum libris addiscant & sibi sumant, quàm ex ipsorum  
 libris medici. Cum ergò ad physicam tantopere conducatur medicina nostra, adeoque per omnia ei co-  
 gnata coniunctaque sit: eadem ferè laudes, quæ totius physicae sunt, de ipsa quoque poterunt prædi-  
 cari: nam ut physici subiectum est mundus maior, & res in eo naturales omnes: ita medici mun-  
 dus minor. nihil autem in illo reperias, siue rerum, siue affectionum & actionum, cui non aliquid  
 in homine respondeat. Sed physicae philosophiæ laudes atque præstantiam tum per se, tum ad theo-  
 logiam & ethicam quantum conferat, aliasque utilitates, multi decantarunt, & inter alia etiam Ge-  
 musæus noster in sua præfatione in Græca Galeni opera Basileæ edita: quam obrem nos ea relin-  
 quimus. Sed satis copiose, & fortè nimium, ad quas alias scientias ex Galeni librorum lectio-  
 ne, extra medicam artem, utilitas aliqua peruenire possit, hæcenus exposui. Hoc duntaxat ad-  
 dendum, medicinae studiosis, omnia ferè & integra eius scripta esse legenda, idque semel & iterum,  
 aut etiam pluries ijs qui ingenio tardi uel memoria infirmi sunt: Cæteris nec omnia, sed illa duntaxat,  
 quæ imprimis utilia sibi fore partim ipsi animaduertent, partim nos iam diximus: nec in-  
 tegra, si oculi satis non suppetat, sed partes aliquas, faciliè autem ex capitum distinctione cum argu-  
 mentis, erit deligere, & Indicum commoditates sequi. Licebit & Compendijs uti, ut Lacunæ  
 aut aliorum. Sed nunc tandem finem faciam, ubi pauca prius de eximijs Galeni nostri laudi-  
 bus, ueracique eius gloria addidero. Miretur autem aliquis, quod uiuus adhuc, in patria simul & fo-  
 ris, apud summos & infimos ad tantam ut merebatur existimationem, & pulcherrimum huma-  
 nae gloriae fastigium peruenerit, (quantum ex ijs quæ hæcenus diximus, nec libet repetere, liqui-  
 dè apparet:) id quæ eò magis, quod ipse ab omni ambitione alienus esset: & plurimum tum medi-  
 ci tum philosophi, æmuli eius gloriae insidiarentur, qui etiam ut contemptum eius apud populum  
 promouerent, uaria ei cognomina tribuebant. modo enim λογίατρονον appellabant, eam, qua uale-  
 bat eloquentia, ei inuidentes, modò πῶς ἀδοξολόγον, & πῶς ἀδοξοποιόν, quæ duo tamen ad laudem e-  
 tiam trahi possunt: (quod & dicendo, & opere medico plurimum à uulgo medicorum differret,  
 multa quæ eis πῶς ἀδοξία, id est præter omnium eorum opinionem, sed felici semper euentu, tum di-  
 ceret, tum faceret:) interdum delusorem seu derisorem, aliàs diuinatorem seu uatem uocabant.  
 Sed nihil ista effecerunt, ut neque hodie efficiunt quicquam Galenomastiges diuersi, inter quos  
 coryphæi hodie sunt, qui Theophrastum Paracelsum quendam, (qui nostra memoria innumeros  
 libros in re medica, philosophia & theologia conscripsit, summus, ut audio, chemista, magus, ne-  
 cyomantie & geomantie interpretis, &c.) tantum non adorant, Galenum autem et Hippocratem eo-  
 rumque sectatores non solum reprehendunt, ceu rerum multarum optimarumque ignaros, sed etiã con-  
 uicijs proscindunt, & nebulones, impostores, latrones ac homicidas appellat: quos suis coloribus  
 depingendos relinquo alijs: quoniã hic locus non sinit me esse prolixiorum. Sed nihil agunt infeli-  
 ces illi optimarum artium contemptores, & promotores illicitarum: qui quoniã demones, ut olim  
 Druidæ, uel ut ipsi aiunt, defunctorum hominum manes habent præceptores, & futura quædam ex  
 illis discunt, & remedia quædam exquisita habent, chemicis præsertim rationibus arcanis præpa-  
 rata (in quibus non negarim aliqua bona & eximia esse, sed ualidissima ferè omnia, ita ut abusus  
 plerumque non absque uitæ periculo contingat) quauis artis ipsius ac methodi rationalis prorsus sint  
 ignari, & ualidissimis remedijs sæpe pessimè abutantur, in magno apud multos etiam principes  
 uiros sunt precio. Nunquam tamen illi efficient, quod dicere coeperam, ut uera solidaque metho-  
 dus artis

## VITA AC DOCTRINA.

us artis, Hippoc. tempore & à Galeno perfecta, evertatur. Manebit sua Galeno gloria (rumpan-  
tur ut ilia Codro) eoq; magis quòd omnes eius libri, qui reperiuntur, eo quo primū conditi sunt  
ab ipso sermone, per innumera exemplaria diffusi, per uniuersam Europam legantur: ijdemq; in  
Latinam linguā uerius puriusq; translati, ad decem millia & multò amplius fortè exemplarium  
intra annos circiter triginta exculis, nusquam non uenales sint obuij. Cur enim non perpetuis lau-  
dibus ille ueheretur, qui ad multam usq; senectutem professus medicinam, nullum unquam neq;  
curando, neq; præfagiendo (semper eadem de eisdē asserens) calumniæ locum præbuit: in quam  
tamen celeberrimos quosdam medicos incidisse nouimus. Porro quoniam diuitiæ quoq; siue  
à maioribus acceptæ, (licet obstante uulgari dicto, quo diues aut iniquus aut iniqui hæres prædi-  
catur,) siue propria uirtute acquisitæ, ad gloriæ honorisq; partem accedūt, non est hoc loco omit-  
tendum, Galenum ipsum diuitias sibi non defuisse fateri: & patrem quoq; ex eo quòd liberalissi-  
mè omnia suppeditauit, & regiæ urbis Pergami architectus fuit, diuitijs abundasse non esse dubi-  
tandum: alio tamen in loco Galenus (sub finem libri de cuiusq; animi peccatorum notitia atque  
medela) diuitem se esse (modestia fortè quadam, aut comparatione illorum qui Romæ tum tem-  
poris diuites uocabantur) negare uidetur. In patria quoq; sua honestissimum locum, & quidem  
in senatu sibi contigisse, eodem uolumine testatur.

M. Antonini, Imperatoris illius philosophi, testimonium sanè præclarum de Galeno retuli-  
mus supra. Medici certe omnes qui Romæ habitabāt (si immundorum facem de quibus dictum  
est exceperis,) & in oppidis uicinis, familiaritatem eius & ex doctrina fructum, uehementer ex-  
petebant: deq; omnibus, quæ rarius, aut præter opinionem (ut sunt uel absurda, uel admiranda  
quædam) incidissent, cum eo communicare eiusq; iudicium & consilium quàm libentissimè au-  
dire solebant. Sed & procul ab eo totisq; regionibus remoti, consilia eius per literas require-  
bant. Itaq; ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, alijsq; locis frequentes ad ipsum literæ perferebantur:  
tanta eius nominis celebritas erat. In conuiuio illo celebratissimo, quod Athenæus Dipnoso-  
phistarum titulo descripsit, & quo Laurentius quidam Romanus doctissimos quosq; ex omni  
scientiarum genere excipiebat, (omitto philosophos, iuriconsultos, poetas, rhetores, gramma-  
ticos,) tres medici aderant, Galenus, Rufinus Nicaensis, & Daphnus Ephesus qui & medicus  
ueluti sacer habebatur & Academicus excellens. Sed Daphni & Rufini, præter hæc nomina, ni-  
hil opinor superest: Galeni uerò scripta optima & maxima quæq; adeò ne nominatissimi quidē  
eiusdem ætatis medici uel aliqua ex parte cum eo comparari potuerunt. Ceterum ut à suæ ætatis  
hominibus, & qui cum eo uiuo uixerunt, honestissima retulit suæ præstantiæ testimonia: ita & à  
posteris, qui medicinæ studia propagarunt, quamuis barbaris existimatis, pulcherrimis prædica-  
tur elogijs: ab Auicenna quidem, eo quòd supra recitauimus: Auerrois autem (quinto Colliget,  
capite de punicis granis) Galenum ita celebrat, ut experientia præcellentem prædicet: ac ueridi-  
cum imprimis, ut cui comparari non possit alius, ni forsan is, inquit, qui clamat quidem, sed quid  
clamat, nō percipit satis, Auicennam (ut uidetur) notans. Alibi quoq; Galenum cum diuino Hip-  
pocrate primum in arte facit. Sed nunc tandē simplici narratione tantum iter emensi, figamus *Epilogus*  
pedem hic, cōtenti hactenus ea dixisse: quæ quidem siue singula persequi, siue etiam uniuersa, ora-  
tione illustrare conetur aliquis, infinitum sanè fecerit. Quisquis autē uberius omnia cognoscere  
cupit, ipsos Galeni libros legat: illos præsertim quos de præcognitione ad Epigenem scripsit: &  
de noscendis curandisq; animi uitijs & affectibus: & de libris proprijs. His clausule loco subijcia-  
tur Magni medici epigramma, quod in Epigrammatū Græcorum Anthologio reperitur.

ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ, ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ  
ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἦν χρόνος, ἠνίκη γὰρ βροτῶν δὴ σείο γαλλῶν  
Δέχνοιο, καὶ θνητῶν, ἐτρεφε δ' ἀθανάτους:  
Χίρδον δὲ μέλαθρα πολυκλάωτου ἀχρόντου,  
Σ: πακνοίν χειρὶ διαζομνά.

## EMBLEMA PRIMVM

DE GALENI OPERVM EDITIONIBVS

Græcis, ut typis excusæ sunt, &c.



L. Galeni opera Græca, quæ quidem reperiri potuerunt, omnia tum germana, tum  
spuria, Venetijs primū publicata sunt apud hæredes Aldi Manutij uiri eruditissimi  
& de omni doctorū hominū cœtu & literaria Republica optimè semper meriti an.  
M. D. XXV. deinde Basileæ anno M. D. XXXVII. in magno folio, tomis quin-  
que, chartis septingentis sex: in officinis sociorum Cratandri, Heruagij, & Bebelij  
multis in locis emendata, & cum antiquis manuscriptis exemplarib. collata per doctissimos uiros

EMBLEMA I. DE GAL. OPERVM EDIT.

Hieronymū Gemufcum, qui in primū & quintū tomū præfatus est: & Leonhartū Fuchfium, qui in fecundū: & Ioachimū Camerariū, qui in quartū, &c. Quanquā autē typographi illi optime de ftudiofis literarū omnibus, his excudēdis meriti ſint, nec ſumptibus (puto) pepercerint, quō minūſ quā emendatiſſima prodirent: nescio quomodo tamē, aut quorum culpa contigit, ut innumeris in locis deprauatiſſima ſint, orthographia & diſtinctionibus peſſimē ſeruatis, & ſententijs inſuper aliquot corruptis: (Iac. Syluius certē tot hiatibus, totq; erratis portentofis, ſic ipſe loquit, harum editionum offeſus eſt:) atq; utinam ſuperuiſſet doctiſſimus utriuſq; lingue Cornarius: qui omnia à ſe emēdata, iamq; editioni, ſi quis typographorū ſuſcipere uoluiffet, parata habebat, ut ſcribit ipſe in Latina Gal. operum editione Frobeniana, quæ hanc proximē præceſſit. ¶ Sunt & libri quidā ſeorſim impreſſi Græcē, multō emendatioreſ, quā cum operibus integris habeantur: ut in Frobeniana officina quidā Baſileæ anno 1544. à Io. Caio Anglo exhibitū: inter quos eſt unus *πρό τῶν μυστῶν*, &c. Et Lutetiæ lib. therapeutici ad Glauconē apud Chriſtianū Vuchelum 1536. in 8. itē de pulſibus ad tyrones liber, & alius de pulſuum uſu apud eundē 1543. in folio. & de offibus lib. (eodē tempore & loco apud Mich. Vaſcofanū, & quidē primū. nam Græcis Galeni operibus Latina ſolum Balamij Siculi interpretatio adiuncta eſt) à Martino Gregorio exhibitus, qui ſi hunc eius conatū uiri docti approbaſſent, mox etiā alia quā plurima Galeni & Hippoc. Comment. à ſe Venetijs & Romæ deſcripta caſtigataq; in lucē editurum promittebat. Sed nos aliud præterea nihil uidimus Græcē ab eo editū. Breuis denotatio dogmatū Hippoc. Galeno adſcripta, excuſa eſt Græcē cum Io. Stobei collectaneis ſermone 99. ¶ Caſtigatiōes uerō Græci cōtextus libelli de priſana Io. Pollti dedit: duorū de ſemine librorū Io. Guinterius: de compoſitione medicamentorū ſecundū locos, decem, Ianus Cornarius cū Comment. ſuis in eoſdem. Librū de lib. proprijs, cum altero de ipſorū ordine, Io. Caius Anglus perfectos & caſtigatos cum annotationib. Græcē ſe editurū promittit. ¶ Porro extare ex Galeni lib. Græcē nondū impreſſis, neq; ſeorſim, neq; cū operibus, inuenio qui ſequitur. Fragmentū quoddā exiguum ac mendofum, quod Gal. adſcribitur, cuius tit. eſt, Sermo aduerſus empiricos medicos, Aug. Gadaldino interprete. De humorib. lib. Bernardo Bertrādo Regino interprete. De muſculorū diſſectione liber, à Gadald. transl. Fragmentū ex quatuor Comment. quos Galenus ſcripſerat, De ijs quæ medicē dicta ſunt in Plat. Timeo: Fragmentū de uocaliū inſtrumentorū diſſectione, eodē interprete. De placitis Hippoc. & Platonis liber 1. excuſus Latine, primū ex Io. Bernardi Feliciani, 2. Iani Cornarij, 3. Io. Caſi interpretatione. De conſuetudine ſeu aſſuetudinibus liber, olim à Nic. Rhegio cōuerſus, nuper uerō Venetijs, ex inuento ueteri exemplari Græco per Io. Baptiſtā Roſarium emendatus & plurimū auctus: qui in hac etiā editione habetur. Librū de facilibus paratu remedijs ab Huberto Barlando transl. Iunius Paulus Craſſus caſtigauit, & principiū hætenus deſideratū (ex Græco manuſcripto codice, ut cōiſcio) addidit. Gadald. librū de neruorū diſſectione integrū à ſe transl. teſtatur: Græcē enim mutilū impreſſum eſſe. De uictus ratione ſecundū Hippoc. in morbis acutis lib. Io. Caio interprete: qui Græcū etiā editurū ſe promittit. differt autē à Cōment. Galeni in Hippoc. lib. eiufdē tituli. De faſcijs liber, Vido Vidio interprete. De partib. artis medicæ liber ſpurius, à Victore Trincavelio transl. Hos quidē omnes quoniam à uiris doctis noſtræ ætatis cōuerſi ſunt, ut cum recentioribus Galeni operū editionibus Latinis pleriq; habentur, apud illos ipſos, aut eorū amicos heredes uel aſſeruari probabile eſt: poteruntq; ab ijs petere, ſi qui fortē Typographi, Galeni opera Græca denuò publicare in animū induxerint, ut tum caſtigatiōra tum auctiōra q̄ antehac in lucē prodeāt. In Italia quidē, Romę præfertim & Venetijs ſi quis perquireret, non dubiū eſt permultos inuentū iri ex Galenicis ſcriptis Græcis, quibus cum collata quę impreſſa ſunt hætenus, innumeris in locis emendari poſſent: ſed uiros diligētes, fideles & eruditos nō uulgariter qui id præſtent, eſſe neceſſe eſt. Nicolaus Rhegius Calaber qui ante annos ferē ducētos floruit, pontifice Urbano 5. multa Galeni, aut Galeno attributa tranſtulit à Græco in Latinū ſermonē: ex quibus Græca nos deſideramus hæc: De cauſis procatarteticis, De uiribus Centaurij, An omnes particule animalis quod in utero eſt ſimul ſiant. Quę omnia, & alia fortē inſuper, per diligētes inquiſitores in Calabria, aut alibi, reperiri poſſe (ſi ſumptibus non parceret egregius aliquis ſiue Typographus, ſiue alius, quem certē omnis philoſophorū & medicorū tum præſens tum futura ætas, perpetuis foret laudibus uectura) ſperandum fuerit. Sed & Demetrius quidā Græcus uertit librū ſpurium, de oculis Therapeuticū: & uetus quidam incertus interpres de motu thoracis & pulmonis fragmentum. ¶ Andreas Lacuna ex antiquiſſimo exēplari Græco manu ſcripto, hiſtoriā philoſophicā, plurimis in locis antehac mutilam & deprauatā latinitate donauit. Ex eiufdē animaduerſionibus in Galeni interpretes Latinos, pauca quędā loca in Græcis etiā libris reſtitui poterūt. Antibalomena medicamēta, nos olim emendatiōra dedimus. Io. Morifotus ſpurium, qui inſcribitur Prognoftica de infirmorū decubitu ex Mathematica ſcientia librū, incredibili labore recognouit: an uerō etiā ediderit, nescio. De bibliotheca regis Gallorū, magno empta acceſſit. Sed liber is ſpurius uidetur, cum neq; ſtylum Galeni ſapiat, nec aliter tanto authore dignus ſit, ut eruditi quidam, quibus inſpiciendū facta eſt copia, iudici-

EMBL. II. DE GAL. OPERVM EDIT.  
pia, iudicant. In Hippocratis librum de locis, aere & aqua, diuina quaedam Galeni Commēta-  
ria, amicus quidam Io. Baptista Montano olim pollicitus, sua eum spe frustratus est.

## EMBLEMA II

DE GALENI OPERVM EDITIONIBVS LATINIS, QVAE

*hactenus typis sunt publicatae, & hac praesente.*

**O**pera aliquot Gal. coniuncta uno uolumine Venetijs primū excusa sunt, circa annū M. D. X I. pleraq; ex antiqua trāsl. nimirū Nic. Rhegi, & aliorū. Meminit huius edit. Leon. Legius. Postea Lutetię circa an. XXVIIII. uiri quidā eruditi, Io. Guint. precipue, & alij pauci, melius ex Gręcis iam impressis lib. plurimos uertere cœperūt: qui partim seorsim, partim cū alijs aliquot cōfūcti, Lutetię primū, deinde Basileę, & Lugd. quoq; excusi sunt. His paulatim alij interpretes accesserūt, ita ut magna quidē iam uolumina Gal. lib. extaret, nondū tñ omnia (quę saltē Gręcē impressa fuerāt) simul cōiuncta. Primus Lucas Ant. Iunta, magni animi uir, & in magna apud Venetos existimatiōe, dispersa Gal. opera, multis etiā in Latinū sermonē, uel nondū, uel malē transl. ac sine ordine tam numerosa, in unū colligi curauit: & uel de integro uertēda, uel quę minus benē uersa erāt ad exēplaria Gręca, (quorū multa manuscripta habuit) per doctissimos uiros, Martiannū Rotā, Lud. Belisariū, Io. Bern. Felic. Aug. Gadal. & alios quosdā emēdari: Deniq; à celeberrimo medico & philosopho Io. Bapt. Mōtano, in certū ordinē oēs redigi. Cū uerò in mediō huius primę edit. (quę publicata est Venetijs an. XL.) Lucas Ant. Iūta fatis cōcessisset, filij eius Thomas & Io. Maria inchoatū op<sup>o</sup> absoluerūt. Tū iñdē rursus in II. edit. an. L. nouo labore multa denuō & emēdanda, & quaedā nō impressa prius, adijciēda curarūt. tū quoq; primū uol. quę adhuc erāt cōtinua, à Io. Bapt. Susio aptissimē in capita dissecta sunt: & index copiosiss. à pręstati medico Ant. Musa cōtext<sup>o</sup> est. Deniq; in tertiā nuper edit. pauca quędā ab excellēte Io. Bapt. Rasario accepta, quę lib. de cōsuetudine cōpleant, addidere, &c. Oēs autē hęc edit. in fol. ut uocāt, excusę sunt. Cęterū an. XLI. in eadē urbe industria clariss. & doctiss. uiri Viçt. Trincauelij, nec nō diligētia Aug. Ricci, in 8. omnia Gal. opera, per octo class. digesta, pdiuerūt. Quinetiā hoc tēpore, ut audio neq; dissimulo, ibidē à Valgrisso cudunt. Lug. etiā an. L. Io. Frellonius p̄cudit in folio, imitatus maximē (ut apparet) Frobenianā edit. II. &c. in eadē urbe Guil. Rouill. plurimos Gal. libros Enchiridiorū forma excudit, in 16. an. XLVII. & aliquot deinceps. Porro Basileę Hier. Frobenius et Nic. Epif. typographi incōparabiles, & per uniuersam Europā meritō celeberrimi, (qui ut ipsi doctri-  
na atq; uirtutib. excellūt, ita doctiss. hominū operis libēter ac liberaliter utunt, ut ea quęcūq; suis prelis cōmittūt q̄ castigatissimē summaq; fide, diligētia ac industria publicent, uiri profectō literis illustradis nati, & pręclare magnificeq; de uniuersa Repub. literaria meriti, nec unquā satis laudati.) in prima quidē ante XX. an. Gal. operū edit. primā Iuntarū secuti sunt, sicuti nūc eorūdem  
tertiā, indice tantū excepto, ac nostris his Prolegomenis. Indicē autē in hanc eorū editionē nouū  
summa diligētia atq; industria cōfecit Guil. Gratarolus Bergomēsis, medicus & philos. excellēs,  
brevi proditurū. Secunda uerò editio, quā an. XLI. X. dederunt, plurimū à secūda Iuntarū differt.  
Pręfuit huic Cornarius. Iuntarū secundę Gadal. Frobenianę certē officinę maiestātē atq; nitorē  
multi doctis. uiri persepe prędicarūt, & inter alios precipue Des. Erasmus ille summū nostrę Ger-  
manię decus: eoq; noie nūc etiā spero hęc ipsam editionē, qua locupletior & castigatior nulla ha-  
ctenus fuit, medicinę & philosophię studiosis omib. lōgē gratissimā futurā. Nō est autē q̄ moueat  
q̄sq; ad alias fortē in alijs extra Germ. regiōib. edit. expectādas. Fieri em̄ potest, ut magis plausibi-  
li & plura pmittēte tit. forsitā alia p̄deat: re ipsa uerò uix maius et p̄fectius q̄cū expectārim. Si qd  
tñ forsitā noui cognitiōe dignū inueniat, id seorsim excudi poterit. Sed sanē puto nihil *επιολογου*  
reptū iri. Spuria qdē & indigna Gal. quędā, prius omitti pręstaret: & in hac etiā edit. typographis  
omittēda quędā suasissimē, nisi p̄pter sinistrū multorū iudiciū, ita imp̄fectiorē hęc edit. uisum iri, ti-  
muissimē. Si p̄fectō lib. q̄cūq; in arte medica necessarij à Gal. cōscripti, à principio ad fi. uniuersam  
ipsam rectē solideq; cōprehēdūt, hęc habētur oēs. q̄ si quos exercitiū gratia, & in adolescētia scri-  
psit, illos nobis deesse, nō admodū est dolendū, pręsertim cū meliorib. p̄legēdis uix sufficiat etas.  
Ego ita existimo, illorū plerosq; q̄ interciderūt, geniū (ut ille ait) quo uiuerēt, nō habuisse: sed qd  
uel declamatoriū qdā cōtinerēt, uel min<sup>o</sup> necessarij, minusq; utiles uiderent postēris, neglectos  
fuisse: solidiores uerò ac meliores plerosq; oēs ad posteritatē trāsmisso. Gręcā ergo edit. potius o-  
ptarim nouā & meliorē: qm̄ ad Gręca exēplaria, à dubijs uel obscuris Latinorū interpretū locis re-  
currimus: sicuti ubi illa nō extāt, aut parū nobis satisfaciūt, ad ueteres & semibarb. quorūdā trāsl.  
potius q̄ recētiorū quorūdā alias atq; alias. Multi certē noui interpretes, scioli qdā, aut ingenij sui  
in alienis operib. ostētatores sunt, audaciores, q̄ doctiores: qui dū à doctis. uiris olim trāsl. emēda-  
re conant, multa interdū puertunt potius, q̄ melius uertāt, ac ueteri interpreti iniuriā faciunt. ferē  
enim error, sicubi cōmittit, an ueteris sit interpretis, an noui illius interpolatoris, nō apparet. Sed  
simul emptori lectoriq; iniuria fit, ubi pro melioribus minus bona reponuntur. Alij confidentia  
quadā suę eruditionis, qua nimirū sibi placēt reiectis aliorū ante ipsos interpretationibus non di-  
gnant eas emēdare, sed prius nouas molunt. in quas si eruditior inquireret, plura forsitā loca ab  
eis non

*De presentē  
editione.*

## EMBL. III. ET IIII. DE GAL. OPERVM EDIT.

eis non intellecta, nec satis bene reddita, quàm in priorũ interpretũ uersionibus reperiret. Multi paucis aliorũ erratis animaduersis, (& illis fortè nec magni momenti, nec ullius in re medica periculi, ac de quibus grãmatici potius, quàm medici certarent) conuersiones totas damnant, & persuasus typographis suas obtrudunt, & cornicũ (ut aiunt) oculos configũt. Sunt qui iuuenes exercitiũ causa, qui neq; linguã Gręcã satis intelligunt, neq; rerũ cognitionẽ adepti sunt, aliqua transferunt: quæ (ut aliquid sibi nominis pariant) melioribus, aut minus bonis oblitteratis, quæ ætate aut doctrina maturiores uiri transtulerant, in eorũ locum substituunt. Typographi autem pleriq; indocti cum sint, & iudicare de his nequeant, facile decipiuntur. Itaq; hæc perpetua, ut equidem auguror, in Latinis translationibus incommoda erunt, & semper aliqua mutanda & emendanda aut erunt, aut uidebũtur. Nunquam enim deerunt homines imperiti ambitiosi, audaces, morosi, (Interim non ignoro, homines etiam bene doctos, sed paucos sanè, inueniri) qui & ab alijs conuersa prius rectè aut emendent, meliores ipsi suas translationes proferant.

### EMBLEMA III▶

DE QVIBVSDAM GALENI LIBRIS NON EXTANTIBVS,

*bus, & qui nam pro ijs usurpari possint.*

**P**oterat quidẽ hoc Emblema Corollarij loco subijci Catalogo 1, qui est operũ Galeni. Cõditi quidẽ à Galeno libri quàm plurimi non extãt: de quibus qui uoluerit leget in lib. ipsius de libris proprijs: nos de perpaucis, qui nũc in mentẽ ueniunt, dicemus, & qui nam eorũ uice usurpari possint, exprimemus, ut locũ duntaxat & formulam huic argumẽto designemus: cui diligentiores paulatim plura adscribant. Librum quem de Atticis nominibus conscriptum à se testatur, multi quos habemus libri cõpensare possunt: ut Pollucis Onomasticũ: & Suidę dictionariũ, in quo cõprehenduntur libri Pacatis Luperci Berytij, & Polionis Alex. omnes de Atticis dictionibus ordine literarũ compositi: Extant & Thomæ Magistri Eclogæ Atticorũ nominum: & eiusdem inscriptionis Phrynichi sophistæ Bithyni liber. Et nostra memoria Gul Budæus, copiosissimos Linguæ Gręcę Commentarios edidit, Atticæ Linguæ thesaurum: ut de alijs Græcis & Græcolatinis lexicis nihil dicam.

Pro libro de Ionicis nominibus quem pollicitus uidetur, an præstiterit nescio, aliqua ex parte nobis sufficient Glossæ Hippoc. (qui Ionice scripsit) ab eo explicatę. Audio & Erotianum quendam Græcum, obscuriora Hippocratis uocabula, interpretatũ esse: cuius librum ex Hen. Stephani officina iam diu expectamus. Et grammatici quidam tum ueteres tum recẽtiores, cum de alijs dialectis tum simul de Ionica quædam obseruata reliquerunt, Et Camerarius in Herodoti libros quædam super Ionica dialecto annotauit.

Composuit & de medicis uocabulis librum: qui utinã extaret, neq; enim ullum huiusmodi alii cuius momenti habemus: Syluatici pandectæ nimis barbaræ sunt: & Brunfelsij Onomasticũ medicinale, nimis imperfectũ est. Nos catalogũ stirpium duntaxat, ordine literarũ dedimus Latine, Græcè, Gallicè, Germanicè. Manardus in epistolis morborũ nomina pleraq; interpretatur, &c. Quod si iuuenis aliquis diligens inter medicinæ candidatos: excolendum sibi hoc argumentum fumeret, rem sanè utilissimam & diu desideratam philiatris omnibus præstaret.

Pro dialecticis eius lib. multas & ueterũ & recentiorũ eruditissimas lucubrationes habemus: inter quas Iacobi Scheccij de definitione liber excellit: & eiusdẽ de demonstracione opus absolutissimum, sed nondum editum, Galeni eiusdẽ tituli librorũ desiderium proculdubio explebit.

Pro anatomicis non extantibus, accuratissimi libri Vesalij, Falloppij, Syluij, & aliorũ, curiosis etiam ingenijs satisfecerint.

Pro ijs, quæ de pulsibus relicta ab eo fortè aliquis desideret, (ut synopsis librorum suorum, & in Herophili ac Archigenis scripta de pulsib. explicationes,) Iosephi Struthij Poloni Artẽ Sphygmicam accuratissime conditam legat.

Pro ijs quæ de causis cõiunctis scripsit, Scheccij, Fuchsj & aliorũ hodie Cõtraria scripta extãt.

Pro libro de ijs quæ ex tota substantia agunt remedijs, Fernelij fortè liber qualiscunq; de abditis rerum causis substituatur.

Pro ijs quæ tractationi compositionis medicamentorum generalis defunt, quæ nam substitui possint, Catalogo 1. in mentione huius argumenti diximus.

### EMBLEMA IIII▶

DE SCRIPTORIBVS DIVERSIS NOSTRI TEMPORIS, QVI COMMUNE aliquod argumentũ circa Galeni libros tractarunt. De plerisq; autem quos hic memoramus libris plura,

Catalogo 2. in authorum nominibus Lector inueniet. Poterat hæc unius argumenti scriptorum digestio, pro Appendice subnecti Catalogo 2. qui Galeni interpretes, &c. enumerat ordine literarum.

¶ VITAM Galeni descripserunt Hieronymus Gemusæus, Iulius Alexandrinus, Philippus Melanchthon, Andreas Lacuna, Conradus Gesnerus.